

Indulgentias concedit.

§. 6. Nec non omnes, & singulas Ordini Minimorum huiusmodi, & eius personis, per nos, & predecessores nostros, seu Sedem predictam, & eius Legatos, tam S. Francisco de Paula, quam alijs quibuscumque eiusdem Ordinis Minorum domibus, tam generaliter, quam particulariter sub quacumque verborum forma, etiam stationum Urbis, & aliarum Ecclesiarum eiusdem, indulgentias quascumque iuxta privilegiorum eiusdem Ordinis Minorum formam, & tenorem, hactenus, quomodolibet concessas, in viridi observantia existentes, de nouo de speciali gratia concedimus.

De rogat contrarijs.

§. 7. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis reuocationibus, per nos, vel alias etiam sub quacumque verborum serie factis, & in posterum faciendis, ac statuis, & constitutionibus dicti Ordinis in iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Transumptis fidem adhiberi iubet.

§. 8. Volumus insuper, quod transumptis supra presentibus pro tempore factis, & sigillo alicuius Prelati Ecclesiastici munitis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, & signatis, tam in iudicio, quam extra illis tanta fides adhibeatur, quanta adhiberetur, si ipse originalis liber foret exhibitus, vel ostensus. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 27. Martij, 1508. Pontificatus nostri anno 5.

§. I.

1 Recusat P. Binet non tantum semel, sed bis officium Generalatus, ad ostendam religiosam humilitatem, forte recordans illius dicti Chrysoth. homil. 34. in ep. ad Heb. Miror, si potest aliquis Rehorum saltuari. Sed iustus a Papa acceptus, ad ostendam obedientiam. Pertinaciter enim, cum agnoscitur Dei voluntas, per Superiorem declarata, non sunt officia recusanda; vt D. Thom. quodlib. 5. art. 22. fecit quousque liceat dignitates recipere, vel reculare; vide tom. 1. nostri Religiosi, q. 1. cap. 10. Et quomodo responderet debeat religiose eligendus, si ante electionem interrogetur, an velit eligi, vide ibid. capit. 31. §. 6. concl. 6. veru Sed quomodo.

§. III.

2 Nota 1. quod posset hic quari, quo iure competat Prelatis regularibus iurisdictionio in subditos, de qua agam, Deo dante, tomo 2. Religiosi. Videatur interim Rodriguez tom. 1. quæst. reg. quæst. 17. art. 2. Bann. 2.2. q. 1. art. 10. dub. 5. Sotus lib. 10. de iustit. quæst. 1. art. 4. Vide supra in constitut. Pyrrhi, à num. 11.

3 Nota 2. quod plenaria, & omnimoda iurisdictionio comprehendit omnia necessaria, & vilia, ita vt ei iurisdictionio nihil possit addi, vel minus; nam plenarium id est, quod adiectione non indiget. Tusch. ver. Dictiono, concl. 329. & 330. & omnimodum est dictio vniuersalis, quæ omnia comprehendit. Tusch. ibi, concl. 320. nu. 1. Quare per istam clausulam vsuunt Papa Generali temporalem, & spirituale auctoritatem in suos subditos, seu in vtroque foro, vt hic dicitur. Vnde in criminibus grauioribus, si res ipsa exegerit, potest eos tortura subicere, cum moderamine tamen. Quod etiam concesserat Nicolaus quintus Ordini Minorum, vt est apud Casarub. ver. Correctio fratrum, numero 12.

4 Nota 3. quod illa clausula Super omnes, & singulas importat specificationem specialem, ac si omnes in interpret. de Privileg. Tom. 1.

diuiduo nominarentur. Tusch. verbo Clausula, conclus. 296. n. 2. & comprehendit etiam specificæ eos, qui alioquin essent exempti. Tusch. ibi. n. 3.

5 Nota 4. quod Generali præcipienti contra Regulam obedire non tenemur. Et in quibus tenemur obedire Prælati, & in quibus non, vide to. 1. Relig. q. 1. cap. 6. per totum. Vide etiam ca. 7. & 8. per tota.

6 Et si quæras, an possit Generalis, vel Prouincialis eximere subditum ab obedientia Correctoris, vel alterius Superioris immediati. Dico, quod non, quia id ad solum Papam pertinet, qui est supremus Dominus. Ita Syluest. ver. Casus, qua. 1. casu. 5. Fernand. 4. p. sui exam. cap. 1. §. 2. numero 1. dicto 5. Mirand. tom. 2. man. qu. 7. art. 6. Rodriq. to. 1. quæst. reg. qu. 23. artic. 3. Colligitur ex cap. Frater noster, 16. qu. 1. A. S. Fauto in suo thesaur. hb. 6. q. 146.

§. IV.

7 Declarat 1. nostram Religionem esse ceteris Religionibus arctiorem. Quod etiam declarauit Leo X. infra, constituit eius 6. qua incipit, Quamus alias, & constituit eius 3. §. 2. qua incipit, Illius. Propter quæ dixi tom. 1. Religio, qu. 1. capit. 24. §. 1. nostram Religionem esse etiam strictiorem Catholicoarum, & eos posse iure communi ad nostram Religionem transire. Nos autem ad nullam aliam transire posse. Stante autem aliqua legitima, & vrgentissima causa, videtur Papa inuenerit, quod possit Generalis concedere aliquid ex nostris Religiosis, vt ad aliam Religionem transeat. Causa autem non potest esse infirmitas continua, quia hæc vlcendo paschalibus in infirmitaria reparatur. Erat fortassis inuetudo naturalis alicuius Religiosi, quæ eò deuenisset, vt nequaquam posset amplius sustineri. Et videtur colligi ex isto textu, vbi Papa prohibet transire, sed transire non curant nisi inquieti, nam in nostra Religione cessat ratio maioris perfectionis zeli, cum sit omnibus alijs strictior, & consequenter perfectior. Vide qua dico tom. 1. Relig. q. 1. ca. 2. concl. 6. & 7. Vide etiam supra, in constit. 2. huius Pontifis, 14. nu. 50.

8 2. Prohibet, vt nullus possit bona Religionis cuiquæ extraneo concedere, & loquitur de donationibus particularibus factis à fratribus particularibus, & dicit, quod possit Generalis eas recuperare, & 6. opus id fuerit, donatarios ad restituendum censuris ecclesiasticis compellere.

9 3. Concedit, quod possit Generalis cum suis fratribus in quacumque irregularitate supra concessa, seu super quocumque voto dispensare, eosque punire, corrigere, &c. & hoc ipsi iure Papæ auctoritate. Et nota, quod illa clausula Cum eiusdem Ordinis fratribus est indefinita, quæ in iure a quo pollet vniuersali. Panor. cap. In Genesi, de elect. num. 1. Glossa in cap. Vt circa, & ver. Aliorum ecclesiasticorum, de elect. in 6. Concedit itaque Pontifex P. Binet Generali, vt vniuersaliter possit cum omnibus suis fratribus vti potestata data B. P. N. Francisco per supradictas constitutiones. nimirum Pyrrhi §. 5. & 6. a n. 1. huius 2. §. 9. & 29. vide etiam constit. 4. Sixti IV. §. 5. à num. 5.

§. V.

10 Concedit, quod Generalis tempore visitationis possit in illis locis, in quibus magnum numerum inuenierit missarum, dispensare, vt fratres illius Conuentus, dicendo nouem, vel citra descendendo, collectas, satisficiant pro nouem, vel septem, &c. missis. Quod privilegium etiam concessit Leo X. infra, in constit. eius 5. Vbi ad finem in comp. Passaruntur in margine, id etiam fuisse extensum ad Prouinciales per Paulum III. & citatur etiam in indice, verbo Missarum collectæ. Sed ego illud non vidi.

11 Nota 1. quod de hoc nostro privilegio quod est maximum in hac materia, tractant Nau. libro 3. H 2 con-